

235

HONOR SEPULCHRALIS
ET PROMERITUS,

Qvem,

VIRO

PLURIMUM REVERENDO ET CLARISSIMO,

DOMINO

**HENRICO
DZIKOVIO,**

Ad B. Virg. MARIAE Thorunii Ecclesiastæ
vigilantissimo, Collegæ conjunctissimo;

An. 1654. die Oct. 24. in Lucem edito:

An. 1703. Octob. 14. e. numero vivorum, placidissima Morte
sublato: Ejusd. 15. in Aede Mariana contumulato:

Novemb. 4. consuetis & solemnibus Ceremoniis,
condecorato,

REVERENDUM MINISTERIUM THORUNENSE,
Invariatae Augustanæ Confessioni addictum,
habuit.

EX OFFICINA THORUNENSI.

B Lurima, quæ lœdunt, superas, Reverende Sacerdos,
 Urbem, Nos, linqvens, Templa Laresque tuos.
 Nec te penitent fumosum linquere limen,
 Pro vili æternum limine lumen habes.
 In Regnis illis, quæ nulla beatior ora,
 Una domus, cuius possidet Orbis opes.
 Hic DEUS est hospes; conviva at diceris esse
 Tu DOMINO, ante oculos stasque canisque DEI.
 Lumina demittens, dolor est meus, illa videre,
 Quæ video ac vereor. Nos at IOVA tegat!
 Verdeutsch.

D U werther Gottes-Mann / du hast viel überwunden /
 Was taurjend Thränen uns jetzt aus den Augen preßt /
 Indem Du durch den Tod so früh von uns verschwunden /
 Und Kirche/Stadt/und Haus/und uns zurücke läßt.
 Doch darßs Dich nicht gereun/denn Du bist nun entkommen/
 Dem Welt-Haus/das voll Dampfs/und Trugs/und Tyranny/
 Und hast im Segentheil die Häuser eingenommen/
 Da Freude/Fried und Liecht/und ungesäfchte Treu
 Vor Gott zu finden ist. In jenem schönen Reiche/
 Da deine Seel jetzt lebt/dem keines auf der Welt/
 Wie herrlich es auch glänzt/je ist gewesen gleiche/
 Darinnen ist ein Haue/das Gott Dir hat bestellt.
 Er selbst ist Wirth darinn/Du bist sein Gast zu nennen/
 Und siebst ohn' Unterlaß vor seinem Angesicht.
 Du singst Ihm Lob und Preß mit allen/die Ihn kennen/
 Daher es ewig Dir an keiner Lust gebracht.
 Wir aber/wenn wir jetzt die Augen abwerts wenden/
 Besürchten das zu sehn/was Schmerz und Kummer bringt.
 Gott woll uns seine Gnad/und treue Hülffe senden/
 Sanpt seinem Vater-Schuh/der Stadt und Land umringt.

Hosce versiculos,
 partim propter alia negotia,
 quibus distractus fuit,
 fieri curavit;
 partim propter amoris vincula;
 quibus perbeatu Domino
DZIKOVIO,
 Collega desideratissimo,
 obstrictus fuit,
 suisque semper erit,
 ipse fecit;
 utroque
 suum ex prematuro illius
 obitu subhortum dolorem
 declaraturus,

PAULUS HOFMANNUS, SS. Th. D. Pastor
 Marianus & Ministerii Evangelici Senior.

Q Vos nos pertulimus Martis, Mortisqvè furores,
 Ignes Vulcani sensimus atqve truces;
 Hos Tu non curas, superasti incommoda mundi,
 Ac agis excelsa latus in arce Poli.
 Tristia nos jam fata manent, Tu cantica pacis
 In cœlis cantas, lœtitiamqvè colis.

Anno quo ingemiscimus
 Castigando, Castigasti Me!

De cœlesti hac latitia obtenta suo abbinc dilecto
 Symyse ac affini gratulatur
MICHAEL RINGELTAUB,
 Eccl. Neopol. Teuto-Polon.

Est

E St exorta dies, qva post discrimina rerum
 Ipsius & vitæ desit obsidio.
 Urbs & nostra diu qvinto plus mense retenta
 Vix animam ducens deditio patet.
 Hæc eadem lux est, qvæ Te, fidissime Mysta,
 Anxia morborum deserit obsidio;
 Spiritus infractus diuturnis corpore morbis
 Lenimen qværit deditio sui.
 Unde malis, qvæ nos lacerant hinc inde, triumphat:
 Ullum nec sentit pondere majus onus.
 O gratas in morte vices! qvis fleret ademptum?
 Ni Conjur, Liberi, Pulpita Te doleant!

Manibus College desideratissimi
dumq; illas

GODOFREDUS WEISSIUS,
 ad D. Mar. Ecclesiastes.

M ortuus eripitur sævis **DZIKOVIUS** undis,
 Corporis hoc tristi carcere liber abit.
 Exemplar fuerat multis, cynosuraq; morum,
 Et sua vox vitæ pluribus ansa fuit.
 Excitat hinc obitus lachrymas, suspiria fundit
 Tota Dómus, Conjur, pignora chara dolent,
 Thorunium luget, cœtus, sacra membra docentis
 Collegam deflent. Tristia fata **VIRI!**
 Ast abit, ut studii capiat quoq; præmia felix
 Et campus post hæc vivat in æthereis!
 Vivat & in terris virtus sua! Vivat in ævum,
 Dum pietas pretium, vitaq; sancta feret.

Ita observantia & ultimi honoris causa erga Compatri
sibi charissimum, & Virum de Ecclesia Christi
optime meritum cecinit

MARTINUS OLOFF,
 Eccl. ad D. Mar. Polon.

D um BELLONA furit, dum qvassant spicula Martis
 THORUNIUM miseram, ut præcipitata ruat:
 Rostra tremunt, & fata premunt repetita, suamq; ve
 Ingentem stragem diruta saxa gemunt.
 Eheu! **DZICOVIUS**, Laus non postremia **THORUNÆ**
 Idemq; in Domini firma Columna Domo,
 Qveni decorat vivum Virtus, quem Svadaq; sacra,
 Pacati ingreditur Templi Beata Poli.

Plange Ministerium, Socrus, Conjur, Sobolesq;
 Pars, Gener, atq; Caput cum Genitore cadunt.
 Sistite sed Luçtum cuncti: Nostro bene factum,
 Gaudet & exultat mortuus in Domino.
 Ipsi per Mortem verè nunc Vita parata est:
 Non, VIDUA, invideas Fata secunda **VIRO!**
 Vulnus atrox, fateor, sed ab illo cuspidé factum,
 Qui bene, qui sancte, qvod facit, omne facit.
 Vos, Nati, DOMINUM nescitis & esse Parentem!
 Non illum Vobis auferet ulla Lues!

Cun-

Cunctos velle decer, constat voluisse quod Illum,
A cuius pendent Vitaqve Morsqve manu.
Una est, qvæ Lacrymas vetet exarescere nostras
Orba Viro, infelix, orba Parente, Domus:
Sed DEUS his recte providerit: Ille potenti
Arbitrio in melius vertere cuncta valet.
TU Patriam repetis, tristi nos Orbe relinqvis:
TE tenet Aula nitens, nos lacrymosa dies:
Gratuler, an doleam? **TU** Gaudia carpis Olympi:
Nos cogit Fatum triste subire jugum!

*Inter suffuria publica, descatu bis temporibus,
ab omnibus fusa, condolens posuit*

SAMUEL Schönwaldt,
Ecclesiastes Neopol. Thorunensis
ad Divum SS. Trinitatis.

Sæpius affixit vehemens tua corpora morbus:
Et luctu corsit pectora mœsta dolor.
Jam tibi mors placida est curæ casusqve levamen
Accidit à Jovâ, svavis amica qvies.
Turbida turbatum turbantur cuncta per orbem;
Cuncta qvatir creperis sors fremebunda rotis.
Nullibi certa qvies; cœlo reqviescere fas est,
Cœlō vera piis stat reqviessqe bona.
Non habuit reqviem **DZIKOWSKI** tristibus orbis
Fluctibus: in cœli sede qvictus agit.

Ultimi honoris gratia apposuit
CHRISTOPHORUS RAZKI,
Eccles. Polon. ad S. Georg.

Heu, quam pullatum funus dedit æthera circum!
Nubilus & claras condidit æthra faces.
Heu, quæ luctifici terræ monumenta doloris
Surgunt! quam tristi Syrmate repit humus!
Tuquè Ministerium peccatus lacerato dolore
Dum Mystam fidum mors rapit atra tuum.
O DEVS! O duræ diræ inclemencia Sortis!
DZICOVIVS, longum vivere dignus, abit.
Ædibus his Clerum, Viduæ Sobolique Patronum
Da DEVS. In gremio, mortue, vive DEL

*Hoc piis manibus B. jam Domini Socii & Collega sui
monumentum statuit,*
GODOFREDVS CHOLEVIVS,
Pastor Gremboc. Rogoviensis & Leibitsch.

In signem Svadâ rapuit Libitina Ministrum,
Qui sacrò largè flumina forte dedit.
Ore suo cessat fessis solatia ferre,
Qui Populum cœli dulce docebat iter.
Inde Viri Tanti plangendum flebile fatum;
Ut verè luget sacra Camæna suum.
Gratulor ait potius tanto in discrimine rerum,
Patria quð dulcis mersa, petemta, gemit.
Hunc ex Angustiis eruptum morte beata
Novimus, Augustas nunc habitare domos.
O bone Serve DEI Tibi jam Tua cura Talenti
(Fac sit ut & nobis!) fœnora mille dabit.

Condolens rever
JOHANNES HELD, P. Gursk.